



**R. P. Ildephonsi Peñafiel E' Societate Jesu, Quondam In
Cusquensi Collegio Sacrae Theologiae Primarij
Antecessoris ... Theologia Scholastica Naturalis**

Peñafiel, Alonso

Lugduni, M.DC.LXXIIX.

Sect. 1. Sententia adversaria proponitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95871](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95871)

Quaest. II. Vtrum Deus constituatur, &c. 231

QVÆSTIO II.

*Vtrum Deus vltimo, ac formaliter intellectu-
tione divina constituatur essentialiter?*

SECTIO I.

Sententia adversaria proponitur.

PRIMA Sententia docet, vltimum, ac formalissimum essentiale constitutum diuinæ essentiae esse intellectio- nem diuinam, quatenus omnia intel- ligibilia percipit, & comprehendit; ita multi ex neotheicis. Pater Herize tract. 1. disp. 3. de constitutione naturæ diuinæ. cap. 3. 4. 5. Frater Martinus de Alvis tract. 1. de scientia Dei, disp. 2. sect. 5. & alii qui sequuti sunt Aureolum, Gabrielem.

Probat primo P. Herize ex Augustino 6. de Trinit. cap. 6 & 7. & 13. cap. 5. ubi habet hæc notanda verba: non est aliud sapientia eius, aliud essentia cui hoc est esse, quod sapientem esse; quibus probatur contra distinguentes essen- tiam à naturā, sapientiam Dei non solum esse de conceptu naturæ, sed etiam de conceptu essentiae. Legi etiam potest Dionysius lib. de diuin. nominib. c. 2. ubi ex professo ostendit, Deum esse essentiali- ter vitam actualem, & sapientiam. Porro san- ctus Maximus apud Euthymium in Panoplia part. 1. titulo. 3. capite, cuius initium est; Deus qui cognoscitur per essentiam; & infra capite, quod inci- pit: Deus proprie: sic prosequitur; Deus prop- rie nec intelligere dicitur, nec intelligit, ne compositus existimetur; nam quod intelligit coniunctam habet intelligendi potestatem, & quod intelligitur potestatem habet coniunctam ut in- telligatur, nec intelligentia proprie dicitur; si- quidem intelligentia naturaliter habet essentiam subiectam ipsius intelligentiæ susceptricem; re- liquum igitur est, ut post hæc, cum non possi- mus Deum intelligentiam dicere, dicamus eum ipsam per essentiam intelligentiam, & totam in- telligentiam solum, atque omnem intelligentiam præstantiorem.

Secundo probat ratione sic. Natura divina constitui vltimo debet per gradum vitæ intel- lectualis; sed in Deo non est gradus vitæ in- tellectualis per modum principij, & actus primi: ergo constitui debet per gradum vitæ intellectu- alis actualis. In maiori propositione etiam adver- sarij conveniunt. Eam tradidit Aristoteles. 12. Metaph. tex. 39. & 51. ubi non agnoscit in Deo aliam rationem vitæ, & gradum intellectuales, nisi actualem & ipsius intellectus intellectio- nem; probatio eius à priori est, quia gradus vi- tæ est ex suo genere perfectissimus in omni vi- vente, & cum in Deo, sicut nec in Angelis non sit gradus vitæ vegetativæ, aut sensitivæ forma- liter, solum constitui poterit per gradum vitæ in- tellectuales; porro cum nos agimus de consti- tutivo per rationem nostram naturæ diuinæ eo modo constituere eam debemus quo constitutas videmus, & consideramus naturas omnes crea- tas, imo & creabiles; etenim alius modus con- stituendi naturam commentitius est, & sine vlllo

fundamento; atqui omnis natura creata consti- tuitur in sua specie per gradum eius perfectissi- mum; ergo pariter natura divina per rationem nostram constitui debet per gradum ipsius per- fectissimum ex iis perfectionibus, quæ formali- ter sunt in Deo; sed gradus perfectissimus est gradus vitæ intellectualis, ut modo subsumo ex vera, & communi doctrina: ergo natura divina per rationem nostram constitui debet vltimo per gradum vitæ intellectualis.

Tertio probatur, quia ut docent communiter Sancti, quos sequitur D. Thomas 1. p. q. 23. art. 8. nomen Deus est nomen significans Dei natu- ram, sicut secundum omnes sanctos, Deus idem valet ac videns, seu intelligens, vel providens; ergo natura Dei formaliter idem est, ac actu in- telligens.

Confirmatur, quia Verbum est Filius; ergo ex vi processionis emanat vivens à vivente coniu- cto in similitudinem naturæ; evadit vero similis in natura; quia emanat per intellectiōem; Di- citur vero emanare per intellectiōem, quia Pa- ter ex vi processionis communicat illi eandem numero intellectiōem essentialem, quam habet: ergo de primo ad vltimum intellectio est forma- liter natura divina; cum Filius non alia ratione ex vi processionis accipiat naturam Patris, nisi quia accipit à Patre eandem Patris intellectu- nem. Vtraque discursus pars scilicet quod intel- ligere sit formaliter natura Dei, & quod ideo Ver- bum sit Filius; quia illi ex vi processionis com- municat Pater hanc naturam, quæ est intelligen- re; est expresse sancti Thomæ 1. p. questione 27. art. 2. inde probantis, Verbum esse Filium; quia intelligere Dei est esse Dei; quod non potest ac- cipi in sensu identico; alias pariter Spiritus san- ctus esset Filius; quia velle dei est etiam identice esse Dei.

Albis non solum docet quidditative constitui deum per intelligere, sed etiam per velle; ita ubi supra sect. 6. num. 7. §. dicendum. probat 1. Nam secundum fidem in deo est proprie essen- tia, & proprie vna; Sancti vero, & Ecclesia, dum exprimunt hanc veram essentiam, docent esse unam sapientiam, unam volitionem &c. ergo nomine essentiae secundum Sanctos intelligen- tur aggregatum ut sic loquat volitionis, & in- tellectionis.

Secundo, nam nomine dei intelligimus nihil aliud, quam ens summe perfectum, & quo nihil perfectius excogitari potest; sed quidditativus conceptus entis summe perfecti, claudit omnem perfectionem simpliciter simplicem, cuiusmodi est velle diuinum: ergo velle diuinum est consti- tutivum quidditative diuinæ essentiae.

Confirmatur; concipientes scientiam infini- tam, & non concepta voluntate non concep- imus omnem perfectionem simpliciter simplicem: ergo non concipimus ens infinite perfectum in omni perfectione formali: ergo non concipimus essentiam dei, quæ nihil aliud est, quam omnis perfectio simpliciter simplex.

Confirmatur, vltimo, si non solum ratione sed etiam re ipsa distinguarentur scire & velle diu- num; non salvaretur totalis essentia Dei in solo scire, quia ibi non esset omnis perfectio simpli- citer simplex: ergo perfectio etiam voluntatis pertinet intrinsece ad essentiam Dei; alias licet scientia Dei, & voluntas distinguarentur non pertineret voluntas ad essentiam: ergo multo magis nunc pertinet ad quidditativum conce- ptum essentiae dei; nam quod cum intellectu- identice

identice vniatur, non tollit. quominus intrinsece pertineat ad essentiam Dei: ergo essentia Dei etiam ratione nostra intrinsece claudit voluntatem.

SECTIO II.

Nostri sententia ponitur & probatur.

Prima conclusio; diuina essentia vltimo, ac formalissime non constituitur per intellecti-
nem diuinam, ita grauissimi Doctores, tam anti-
qui, quam moderni. Capreolus in 1. dist. 8. q. 4.
art. 1. & disp. 15. q. 1. art. 2. vbi refellit Aureolum;
Caicranus 1. p. q. 1. art. 7. vbi sapientiam numerat
inter attributa, quæ consequuntur Deitatem; &
1. p. q. 14. art. 5. §. Ad hoc igitur, ait; propositio-
nem hanc, Deus est sua intellectio identice esse
veram non autem formaliter, & 2. 2. q. 2. art. 1. §.
Ad euidenciam, hæc expressa verba profert: [non
ita se habet Deus ad esse sapientem, sicut ad esse
verum; quia esse sapientie addit naturam sapientie
supra naturam Deitatis, licet sint idem realiter;]
idem tenet Ferraricus 1. contra Gent. cap. 45.
Bañez q. 8. art. 8. Durand. in 1. dist. 1. quest. 2.
art. 1. ibi: [Exclusis à Deo per rationem intel-
lectu, & voluntate, cum omnibus actibus suis,
adhuc esset in diuinis generatio Filij & spiratio
Spiritus Sancti, ita quod hæc sunt in diuinis ex
fecunditate nature radicaliter, quam fecundita-
tem habet ex sua infinitate, & non ex hoc, quod
est intelligens & volens;] vbi licet falsam senten-
tiam amplectatur, negans processiones diuinas
esse mediis intellectu, & voluntate, plane tamen
affirmat actum intelligendi, & volendi distingui
ratione ab essentia, seu natura diuina. Ex nostris
P. Molina 1. p. q. 2. art. 3. in fine, vbi inter attributa
diuina, & affectiones Dei numerat intellectum,
voluntatem, sapientiam, bonitatem &c. P. Val-
quez 1. p. disp. 119. cap. 3. hæc expressa verba po-
nit: Respondeo ita nostro conceptu distingui sa-
pientiam ab essentia Dei, & substantia eius vt no-
stro more intelligendi non apprehendatur vt Dei-
tas, sed vt aliquid Deitatis, P. Valentia 1. p. disp. 1.
q. 26. §. unico, paulo ante finem sic ait, Quamuis in
essentia Dei vt sic sit summum, & infinitum bo-
num, tamen in essentia vt sic non possidet in-
tellectualiter à Deo formaliter loquendo, sed per
intellectionem suam, quamuis à parte rei ipsa sua
intellectio etiam sit sua essentia; eandem senten-
tiam docet Gillius lib. 2. tract. 7. cap. 15. P. Pe-
trus Arrubal. 1. tom. in 1. p. disp. 18. cap. 3. Pa-
ter Ludouicus de Torres tom. de fide disp. 2. de
obieto formali fidei, lib. 1. affirmat efficaciter pro-
bati ratione. Nouissime P. Alarcon tom. 1. in 1.
p. tract. de scientia Dei.

SUBSECTIO I.

Autoritate probatur nostra conclusio.

Damasceus lib. 1. de fide, cap. 4. agens de
Dei incomprehensibilitate, vbi aperte no-
stram sententiam his verbis docet, [quæcunque
autem de Deo per Theologiam affirmatiuam di-
cimus non naturam eius, sed ea, quæ sunt cir-
ca naturam insinuant; nam siue bonum, siue iu-
stum, siue sapientem, siue quiduis aliud dixeris non
naturam dicis Dei, sed ea, quæ sunt circa natu-

ram.] Quid clarius, & euidencius poterat ad no-
stram sententiam confirmandam inueniri, vbi ex-
presse, & manifeste docet sapientiam Dei eo mo-
do se habere respectu nature Dei, sicut bonita-
tem, & iustitiam, ac proinde bonitatem, iustitiam
& sapientiam nullo modo esse naturam diuinam;
sed affectiones, attributa, seu proprietates ipsius
nature, & essentia; vt patet ex illis clarissimis
verbis; nam siue bonum, siue iustum, siue sapien-
tem, siue quiduis aliud dixeris, non naturam dicis
Dei, sed ea quæ sunt circa naturam; id est, quæ
circumstant naturam vt explicant Eliobæus;
atque ea quæ circumstant naturam, & quæ circa
naturam sunt, & non sunt ipsa natura, nullo mo-
do possunt esse vltimum constitutum diuinæ
essentia; & natura; quis enim dixit vnquam essen-
tiam diuinam esse circa naturam Dei, & quis po-
test intelligere gradum entis, & gradum substan-
tiæ spiritualis non esse naturam diuinam, sed po-
tius circumstare naturam, & esse circa ipsam, quia
talita prædicata sunt essentialiter constitutiva di-
uinæ nature, & essentia; ergo si D. Damascenus
asserit, sapientiam Dei non esse naturam Dei, sed
potius esse circa naturam, eo modo quo est circa
ipsam iustitiam, & bonitas manifeste sequitur, sa-
pientiam diuinam non esse constitutum essen-
tiale vltimum diuinæ nature.

Respondet Herize ad Damascenum, ubi supra
cap. 1. his verbis noluiffe hunc notorem non
constitui deum in sua essentia sua sapientia, &
bonitate, sed nominibus, & conceptibus, quibus
nos significamus, & explicamus naturam Dei per
sapientiam, per bonitatem, non eam exprimi, vt
est in se, sed attributis quibusdam secundum mo-
dum nostrum concipiendi, & per partes: ideoque
prius ipse dixerat, conuenientius esse de Deo per
omnium ablationem facere sermonem, & infra
cap. 12. vt nos doceat non bene à nobis explicari
naturam Dei per conceptus per quos positiue at-
tribuiamus ipsi sapientiam, & bonitatem, sic sub-
dit; [vniuersum enim id quod est, tanquam im-
menlum quoddam, & infinitum essentia pelagus
complexu suo continet.] Deinde subiungit, [nec
enim in Deo prius essentiam dicere licet, postea
bonitatem,] quæ verba optima sunt ad constitu-
tionem illam physicam essentia Dei de qua feci
mentionem cap. 3. num. 9. non tamen ex his sit non
constitui metaphysice naturam Dei intellectu
speciali ratione sic ille.

Sed contra manifeste, quia S. Damascenus non
ideo asserit, aut expellit sapientiam, bonitatem, &
iustitiam à constitutione essentiali diuinæ nature
eo quod nomina sapientia, iustitia, & bonitatis
non explicant naturam prout est in se, vt falso as-
serit Herize, sed potius quia hæc nomina, sapientia
iustitia, & bonitas non significant prædicata quid-
datiua nature diuinæ, sed proprietates, & affe-
ctiones, quæ insunt nature diuinæ, explicant, ver-
ba Damasceni sic se habent, [quæcunque autem de
Deo per affirmationem dicimus, non ipsius natu-
ram, sed quæ circa ipsius naturam sunt, ostendunt;
ita siue bonum, siue iustum, siue sapientem, siue
quidcunque tandem aliud dicere libeat, non Dei
naturam, sed quæ nature insunt, exponis,] sic
Damascenus, cap. 4. in fine: ergo non propter ra-
tionem affirmatam ab Herize in sua solutione as-
serit Damascenus, non constitui Deum per sapien-
tiam, bonitatem, & iustitiam formalissime, & essen-
tialiter, sed potius quia sapientia non est prædica-
tum essentialiter, sed potius attributale & ideo
comparat quoad hoc sapientiam iustitiæ, & boni-
tati; de quibus in tua sententia dicendum est, ideo